Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26345
Copyright: Admont, Benediktinerstift



3

3

ipsi eorum magistri in quorum audientia septas consuetudines recitabant. indubitanter affirmarent. nunquam aliquos illi spitalis scholę discipulos vel plenitudinem suę institutionis artem comprehendisse. Illis tande redeuntib. et tam fructuosi opis manipulos cum gaudio reportantibus. accepimus per os mandatum a domno Hugone uenerabili cluniacensium abbe. ut sua freti auctoritate coadunato seniorum nostrorum consilio. prout ipsa dicta rerum ratio secundum morem patrum. locum strui. et aeris temperiem de eisdem consuetudinib. si quid esset superfluum demerem. si quid mutandum mutarem. si quid addendum adderem. Quod sagaci studio communiter insistentes. et pauca quidem mutantes. multo autem pauciora recidentes. totas illas consuetudines in duos libros distinctis prout sua capta sententiis digessimus. Hac autem intentione. et hac mercedis compensationem tam sumptuosum opus elaborauimus. ut et uos fratres karissimi reuerendi patres et domni. et quibuscumque in eo amor et studium secundum uos instituit. hec obseruando utram eternam promereri ualeatis. dumque uos nostro labore ad bene uiuendum adiuuari gaudeatis. nos quoque ad semper cum xpo beate uiuendum uestris orationibus adiuuetis. Hilari quoque animo et obuius ut dicitur manibus suscipite parvula quidem. sed multo labore exudata patris uestri xenia. et ad perpetuam paulo post mortem senis memoriam amplectimini. seruate et obseruate atque in intimis reponite sensib. ut quam sincero amore uiuentem dilexeritis. in hoc obseruatione innotescat omnibus prouecedentia tempora futuris. Hunc iam opi proposito manum applicantes egrum arbitramur. a nouitorum suscepcione eorque institutione omnium que dicenda sunt exordium facere.

Quomodo se habeant nouitii in cella sua. et quomodo ibi instruantur.